

conuerti uoluerunt ab omni
rectate sua. Habent cer
uicem & seculi in melioribus
te praesentant. ut nihil
suis meritis tribuan
t. deperunt. de hic in
timeliter uita estantia
nullis quod de talibus aut
unt se de uirtute inuit
ostendunt in se. nihil
nummo de se in se. scilicet
multo necessarium si quis
eque quod in se. quod in
tunt. Illi autem neglegere
unt alius in nulla sua.
in omne sua; Amiserunt

tantum ad sustentationem. huius pre
sentis presentem uita. quod est mundi
delectatione. quae in massa. parat a pro,
Vnde dicitur. Ne illi in ceteris. & abier
aluis in nulla sua alius ad iniquitatem
ne sua; In nulla te. est. In terrene
inmoderate in ceteris. In negotia
tione uero te. est. ad honorem uero ietu
latum in ceteris. Quia enim
aluis in ceteris labor terrene. alius
uero mundi huius ad honorem. delectus
mysterium incarnationis dominicae
pensare. & scilicet in illi in uita. dissimul
lat. quasi in nulla uel negotium in p
gens. uenire. ad te. quod in praesentia. secular
In plerumque quod est. quod in similli
in ceteris. quod in inuit. in uita.

Continetur hoc Volumine
JURCANI LIDDELI SCOTI
Disputationes,

Theses Logicae

Propositiones Astronomicae de diebus et Annorum differentijs

De facultate Vegetante.

De Philosophia ejusq. Instrumentis.

In IV. Meteororum de Misi generatōe . . . Diss. I.

In IV. Meteororum de Concoctione . . . Diss. II.

Diss. Pathologicarum, I. de Morbis.

II de Caus Morbor in græ.

V.

VI.

IIIX.

Diss. posterior de Praesagijs

de Peste diss. prior.

De Natura et Facultatib. medicamentorum.

De Compositione et Preparatōe medicamentorum.

De Arthritide.

De ratione Purgandi.

De Phlebotomia, Hirudinib., Scarificatione

De Febribus Natura diss. I.

De Febribus II.

De Febribus III.

//.

Disputationum
PATHOLOGICARVM
OCTAVA.

DE CAUSIS SYM-
PTOMATVM NATV-
RALIVM FACVL-
TATVM.

Quam

T. F. N.

Sub præsidio

CLARISSIMI ATQ. DOCTISSIMI
VIRI, DVNCANI LIDDELI, PHILOSO-
phia & Medicinæ Doctoris & superiorum
Mathematicum in Academia IV-

LIA professoris
publici,

*defendere conabitur 15. calenda. Apr.
hora locoq. consuetis.*

IOANNES BOKELIVS iunior H.



HELMAESTADII
Excudebant hæredes Iacobi Lucij, Anno
M. D. XCVIII.

U N I V E R S I T Ä T S B I B L I O T H E K

DE CAVALSIS SYMPTOMATA NATURALIA FACULTATIS PATHOLOGICAE OCTAVA

CLARISSIMI ATQ. DOCTISSIMI VIRI DVNGANI FIDELIS PHILOSOPHICAE & MEDICINAE DOCTORIS & SUPERIORUM MATHEMATICUM IN ACADEMIA IV. P. I. A. PROFESSORIS PUBLICI

JOHANNES BOKELIVS JUNIOR H. M. D. C. C. L. I. I. I.



HELMSTADII Excudebant haredes Jacobi Lucij Anno M. D. XCVIII.



T H E S I S I.

Naturales actiones quæ nobis cum brutis & stirpibus communes sunt, quædam principales dicuntur, quædam minus principales. Principales tres sunt: duæ quibus individuum conservatur & perficitur, Nutritio & Auctio: una, quæ species ab interitu vindicatur, Generatio. Ministra verò, quæ principalibus subseruiunt, sunt 4. Attractio, Retentio, alteratio, expulsio. quibus nonnulli addunt. Appetitionem & usum Veneris. Generatio certis determinatis instrumentis, nimirum spermaticis perficitur: Nutritio, auctioq; omnibus membris communis est, ex alimento in substantiam partium conuerso. Quatuor ministrantium functionum, quæ in elaborando alimento subseruiunt, triplex est series, & concoctionum sibi mutuo succedentium tres gradus sunt. 1. in ventriculo. 2. in Iecore; 3. in singulis partibus, ut alibi dictum est.

2. Inest omnibus singulisq; partibus corporis desiderium conuenientis & alieni odium. Quod autem desiderant, vi naturali attrahunt: quod auersantur, à se expellunt, nisi impediuntur. Peculiariter verò ventriculo præter naturalem appetitum ex partium inanitione animalis appetitus inest, nimirum desiderium sicci, unde fames, & humidi, unde sitis, ex suctionis sensu, quando venæ ex ventriculo attrahunt. Cuius symptomata sunt αἰσθησις, δυσχερῆς, βελγία &c. de quorum causis in disputatione 5. dictum fuit.

3. Attrahit pars id, quod conueniens est, ut eo fruatur. At frui nequit, nisi prius retineat, deinde concoquat. Hæ omnes functiones calore perficiuntur, maximè verò concoctio nutritioq; à frigore verò leduntur. Differunt tamen inter se, quod, excepta concoctrice & altrice facultate, cæteræ, quæ agibiles interdum dicuntur, cum loci mutatione fiant, & robur requirant, ac instrumentum magis siccum. Nam per fibras agunt. Concoctio verò & Nutritio quiete perficiuntur & humiditate indigent. Proinde in pueris, humidâ constitutione præditis, melior concoctio nutritioq; est, quàm in iuuenibus.

sed cetera functiones imbecilliores, præcipuè Retentio. Senum corpora ad omnes actiones naturales malè disposita sunt.

4. He actiones omnes & singula tripliciter leduntur, ut alibi dictum est. Causa lesionis est facultatis cuiusq; frustratio. frustratur autem facultas vel ipsa facultate lesa vitio partis, vel ab externo errore. Leditur facultas aut quia in sua substantia labefactatur per intemperie, aut quia impeditur per morbum organicum, aut quia partim impeditur partim labefactatur per morbum ex similari & organico compositum. Error externus accedit ratione obiecti & eorum, quæ ad obiectum spectant, & triplex est: unus in alimentis, alius in excrementis, tertius in vitæ ratione. Sub errore in alimentis continentur immodica quantitas, aliena qualitas, intempestiva assumptio & ordo præposterus.
5. Ac primum vis attractrix in ventriculo triplici symptomatum genere tentatur. 1. Paralyti stomachi quando nihil omnino trahere potest. 2. debili attractione, qui stupori correspondet. 3. depravatâ attractione, quando non debito modo & viâ attrahit. Abolita Attractionis cause sunt extrema facultatis imbecillitas, & fibrarum rectarum stomachi resolutio, ex morbo similari vel instrumentali, qualis est obstructio totius gulæ. Debilis ab iisdem causis fit sed leuioribus.
6. Depravata attractio est, quando ab infernis partibus feces, clysteres & similia attrahuntur, aut potius ab intestinis violenter retrudentibus motu peristaltico sursum feruntur & violenter reijciuntur, ut in Iliacâ passione. Causa huius motus est omne id, quod intestina infernè comprimit & constringit, & quæ in intestinis continentur, sursum violenter retrudit: nimirum obstructio ex crudis humoribus, ex flatu, ex duro stercore & similibus: Item, humor acer, exitu per anum prohibitus, ad ventriculum recurrens.
7. Attractioni ciborum in ventriculo correspondet cœcodosis siue distributio chyli per venas Mesaraicas in iecur, & distributio sanguinis per venam cavam in singulas corporis partes. Quare in his actionibus triplicia quoq; symptomata occurrunt: quorum cause sunt intemperies partium trahentium, morbus meatuum, & alimentorum vitium.

tium. Tollitur enim ἀνάδοσις quando tanta intemperies partis est, ut nihil planè attrahat, vel si via, per quam, obstructa aut intercepta sit: aut alimentum tam crassum & lentum, ut attrahi nequeat. Ab his causis, sed leuioribus, diminuta distributio oritur.

8. Ventriculus concoquere nequit, nisi ita ita complectatur, ut inter ventriculum & cibos spatium nullum intercedat. Leditur hac actio tripliciter; si omninò non complectatur, vel debiliter, vel viciosè Abolitam retentionem fluctuationes cum sonitu; debilem flatus magis consequuntur; Flatus quidem, quando cibi sunt flatulenti, & ventriculus non admodum frigidus, ut infra apparebit. Fluctuationes verò cum sonitu quas Graeci κλυδωνοεισ vocant, ubi nihil in ventriculo continetur, quod in flatum verti queat, vel quando ventriculus vehementer refrigeratus est, nullumq; vaporem excitat. qualis fluctuatio sine portione non fit.

9. Oritur autem abolita comprehensio ab extremâ imbecillitate retentricis facultatis, fibris obliquis planè resolutis, ex intemperie vel morbo organico. Debilis retentio ab iisdem causis fit, sed leuioribus ac etiam alimenti vitio. Depravata comprehensio oritur, quando ventriculus in amplectendo cibo, quasi tremis ob imbecillitatem à frigore plerumq; cum materiâ: vel palpitat ex flatibus contentis vel concutitur ut in rigore vel quasi conuellitur ut in singultu. De quorum symptomatum causis dictum fuit disputatione 6.

10. Retinet pars quæuis alimentum, ut eo fruatur & concoquat, siue in qualitatem sibi similem conuertat. Huius concoctionis in ventriculo tria sunt symptomata, ἀπεψία, βραδυπέψια & δυσπεψία. Oritur autem ἀπεψία lesâ facultate alteratrice per se, vitio ventriculi ab externo errore. Leditur facultas alteratrix ventriculi duobus modis 1. labefactatâ substantiâ ventriculi, lesq; orificio inferiori ventriculi, cui debetur potissimum concoctio, propter insignem intemperiem actiuarum qualitatum, quæ breui tempore fieri solet præcipuè ob frigiditatem: aliquando ob intemperiem passuarum. Verum intemperies humida ut in hydrope, & sicca, ut in senectute, marasmo: non nisi longo

longo tempore concoctionem abolent. Hæ intemperies vel nude sunt
vel cum humoris fluxu.

11. Deinde gignitur cruditas impedita facultate concoctrice ob
morbos instrumentales vel communes, ut sunt tumores, abscessus, ul-
cera &c. Tandem ab errore externo tollitur chylicatio: sub errore ex-
terno continentur excrementa in ventriculo coaceruata, cibi potusq;
immodica quantitas; prava qualitas, quæ à naturâ vinci & modera-
ri nequit: intempestiuus alimentorum usus, quando nouus cibus inge-
ritur priore nondum confecto: incongruus ciborum ordo. Huc addi
poterunt vigilia, exercitationes à cibo & similia. Hæ causa, si leuio-
res fuerint, pro iam *Via Spadum* *Via* gignunt.

12. *Δουρα* *Via* in ventriculo fit, quando alimenta in alienam quan-
tatem corrumpuntur, nimirum in ructum nidorosum vel acidum.
Nidorosa corruptio caloris soboles est: acida frigoris. Nullum autem
alimentum supercalefactum impure durare potest. Verum quodli-
bet corrumpitur pro suâ naturâ: & alia quando corrumpuntur virus
olent: alia tanquam lutum: quedam crudos pisces, aut indicibilem
alienamq; corruptionem.

13. Corruptionis nidorose cause sunt alimenta, calida & biliosa:
permistio humorum calidorum & biliosorum in ventriculo: præterea
affectus ventriculi calidi. At corruptele acide cause sunt alimenta
frigida & pituitosa: permistio excrementorum frigidorum & pitui-
tosorum: ac morbi ventriculi frigidi. His addi poterunt ordo ciborum
preposterus: ut si cydonia aut punica mala primo loco assumantur:
deinde cibi facilis concoctionis.

14. Ex debili concoctione ventriculi flatus, flatuoseq; distensio-
nes, ructus, & similia gignuntur. Fit autem flatus à calore deficien-
te & improporionato, cibos & pituitosos succos in ventriculo non
prorsus conficiente, sed aliquo modo dissolvente, & in halitum con-
uertente. Nam intensa frigiditas, quia alimenta & humores non im-
mutat, halitus non excitat. fortis verò calor flatus non gignit, nisi ma-
teria suâ naturâ flatulenta sit & rebellis. Ex flatibus, quatenus expel-
luntur

lantur à corpore vel retinentur, varia symptomata proueniunt. Nam quando excernuntur per os, ructum excitant; per anum, pro multitudine, impetu, tenuitate, ac viarum angustia varias sonorum species efficiunt nam sonus tenuis & acutus à flatu magis aëreo fit, delato per vacuum & prorsus angustum intestinum. Bombi contra à flatibus magis crassis delatis per intestina crassa vacua, cum verò flatus neutra parte emittuntur in ventriculo & intestinis ^{in parte vacua}; si intra capacitatem abdominis coercantur tympanitidem gignunt. Verum ipsi flatus contentis adnumerantur & sub alio genere symptomatum continentur ut sequenti disputatione apparebit.

15. Vitia primæ concoctionis vitiis secundæ & tertiæ correspondent: & à causis similibus fiunt. Est autem abolita concoctio sanguinis in venis, cum succi omnino crudi sunt: debilis cum semicocti: deprauata, quando corrupti. Eadem ratio concoctionis in habitu corporis, ut post apparebit. Cause communes sunt facultatis alteratricis lesio & error ratione obiecti nimirum ratione chyli in secundâ concoctione, & sanguinis in tertiâ ut alibi dictum est. Verum vitium ratione nutrimenti siue ab errore, facile, vitium facultatis difficilius tollitur.

16. Omnium actionum naturalium nutritio maximè necessaria est. Sub nutritione comprehendimus nutrimenti appositionem sub hâz specie: deinde agglutinationem: tertiò assimilationem, quæ re ipsa à nutritione non differt. Frustratur autem nutritio cum prorsus non fit, aut infra iustum modum, ut in *ἀρεσφία*: aut cum vitiosè, ut in *κακωρεσφία*. Ac primum ob prauitatem alimenti non planè transfmutari in substantiam partium *κακωρεσφία* præcipuè oritur.

17. Immutat quidem corpus nostrum parte sçq, corporis alimentum in suam naturam. Verum ipsum alimentum quandoq, ob qualitatem alienam, quæ à naturâ vincî nequit, magnam vim habet ad carnem immutandam. Nam sanguis, qui partibus carnosiss agglutinatur si pituitosus, biliosus, aut Melancholicus fuerit, pro sua natura carnem manifestè immutabit. Sin qualitate primâ vitiatum tantum fuerit, le-

uem mutationem inducit. Nam pituitosus sanguis carnem in album colorem transmutat & in tota corporis mole carnem locustarum similem gignit, quae λέουκη dicitur: ubi caro interdum adeo transmutatur, ut acu puncta sanguinem non emittat. In superficie verò corporis maculas excitat squammis non absimiles, quae alphi albi dicuntur. Eodem modo sanguis Melancholicus carnem in nigrum colorem transformat: ac in corporis totius habitu Elephantiasin, in superficie verò alphas nigros producit.

18. Generatur ἀρεοφία non solum imbecillitate virtutis alteratricis, sed etiam defectu alimenti, attractrice & retentrice infirmâ, ac excrettrice facultate vehementius motâ, excernente simul utilia & inutilia, ut in lienteria & similibus affectibus. Retentrix vis infirma redditur vel per se, vel ex multitudine & acrimoniâ excrementorum; à quibus etiam excrettrix facultas irritatur.

19. Oritur quidem ἀρεοφία vi alteratrice infirmâ sed non semper, nec uno eodemq; modo. Nam ubi attractrix suo munere fungitur, & plus succi attrahit, quàm vis alteratrix conficere queat, excrementa copiosa gignit: ac interdum κακορεοφία cum ἀρεοφία, plerumq; κακεξία, pro ratione excrementi redundantis inducit; ac etiam hydropem; maximè si excrettrix facultas imbecillior sit. Nam excrettrice infirmâ caro semper humidior magisq; excrementosa redditur.

20. In omni concoctione excrementa aliqua necessariò proueniunt, quae contentis adnumerantur, ac sub tertio genere symptomatum continentur, quatenus praeter naturam retinentur vel excernuntur: licet ipsa actio expultricis & retentricis laesa, symptoma sit functionis naturalis. Leditur autem vis excrettrix tripliciter, ubi omninò nihil expellitur: vel diminutè tantum: vel deprauatè. Expulsionis abolitæ cause sunt imbecillitas expultricis ab insigni aliquâ intemperie, præcipuè frigida humidâ: deinde viarum, per quas excrementa trahuntur & emittuntur angustia; scilicet obstructio à crassis humoribus, compressio à tumoribus; constipatio tertio vitium excrementorum, scilicet multitudo, crassities, lentor &c. hæ cause, si leuiores fuerint debilem expulsionem excitant.

21. Ab

21. *Ab his causis in qualibet concoctione Expulsio redundantium excrementorum prater naturam impeditur. Redundant autem in primâ concoctione feces, cum pituitoso humore oblinentur intestina, quae intestina naturaliter euacuant. In secunda concoctione triplex Excrementum; Biliosum, quod vesicula fellis; Melancholicum quod Lien; serosum, quod Renes naturaliter expurgant. In tertiâ concoctione sudor & insensibilis transpiratio per poros cutis.*

22. *Ipsa autem excrementa, quae prater naturam retinentur & excernuntur, vel copiâ, vel qualitate peccant: quorum cause duae praecipuae sunt: scilicet, alteratrix facultas incommodè se habens ob intemperiem: & alimentorum vitium. Nam alimenta quaedam suâ naturâ in pituitosos humores; nonnulla in melancholicos facile permutantur. Deinde intemperies alteratricis calida, biliosa; interdum melancholica gignit: intemperies frigida, pituitosa, vel aquosa.*

23. *Qualibet excrementa, ubi non sufficienter expurgantur, propria symptomata inducunt. Ita feces, quando non expurgantur, diminuta aut impedita deiectio alui consequitur: interdum Colica & iliaca affectio. At bilis flava, quando non expurgatur, & in toto corpore redundat, Icterus; si in parte, Erysipelata & Herpetes producit. Similiter Melancholia in toto Elephantiasin; in parte cancrum; Pituitosus humor in toto anasarcam; in parte Oedema; Serosus humor in toto, seu potius in capacitare abdominis Ascitem, in parte phlyctenas gignit. Mixti humores inter se vel cum sanguine, mixtas affectiones producant.*

24. *Depravata expulsio dicitur tam inutilium quàm utilium. Inutilium autem quando non debito tempore & modo, nec per debitas vias, ut in vomitu, lienteria, cholera & similibus. Utilium verò depravata expulsio est; quando expelluntur vel per se, ut in Hemorrhagia, vel cum inutilibus, ut in mensium profluvio. Haec aliq̄, eius generis symptomata excretis & retentis prater naturam adnumerantur: de quibus sequenti disputatione dicemus. De singultu, qui mistum symptoma est expultricis & reventricis ventriculi, ea expellere ten-*

rentans, quæ corpori ipsius infixæ sunt, sexta disputatione dictum fuit.
25. Quæmadmodum cætera naturales facultates, ita procreatio, sub quâ conceptio, & parturitio, tripliciter læditur. Nam aliquando aufertur, aliquando imminuitur, nonnunquam deprauatur. Abolita procreatio & conceptio est sterilitas: diminuta, conceptio tarda, raraq; deprauata procreatio, est mola, monstrum, & irritus conceptus. Huc etiam referri possunt fœtus imbecillus & languidus. Vitia partus sunt abortus & difficilis partus. Horum omnium symptomatum causæ sunt, vitium uteri, aut obiecti, scilicet seminis & materni sanguinis, de quibus in disputatione, de Generatione hominis, magnâ ex parte dictum fuit.

26. Tandem symptomata alia aliis succedunt. Nam non solum actio læsa alteri actioni læse succedere interdum solet: sed etiam actionem læsam symptomata duorum cæterorum generum consequuntur, ut sequenti disputatione apparebit. Verum in his quedam diuersitas est: nam alia necessario, alia non necessario, alicui succedunt. In quibus due Regule sunt obseruandæ. 1. Quodcunque symptoma ab unica causa aut unico symptomate ortum habet illi necessario succedit, veluti Atrophia necessario succedit priuationi aut imbecillitati digestionis alimenti in corpus, ac frustrationi alteratricis: Similiter symptomata coloris mutati frustrationi separationis alimenti à sanguine. Nam ubi bilis flaua non separatur à sanguine, icterus flauus; ubi Melancholia icterus nigra succedit. 2. Quodcungq; symptoma, ut fiat, pluribus indiget, uni necessario non succedit: veluti vitiatæ concoctioni ventriculi, succedunt inflationes, morsus ventriculi, deiectiones vomitus cardialgia &c. Sed non necessario: quia pluribus indigent: sub pluribus comprehendimus, non solum diuersitatem causarum efficientium, sed etiam magnitudinem: Deinde nature aptitudinem: tertio partis imbecillitatem. Nam magna cruditas maiora & plura symptomata inducit: parua verò pauciora & minora. Deinde natura hominis ad generationem symptomatum aliquando facit, aliquando repugnat: Veluti quibus ventriculus acuti sensus est, iis morsus, dolo.

dolores ventriculi, vomitus, cholera & similia facile superueniunt. Ac ex consensu cordis & cerebri Cardialgia, cardiaca, dolores capitis, deliria &c. Quibus verò ventriculus hebetis sensus est, talia symptomata non facile superueniunt. Præterea ad generationem symptomatum imbecillitas partis plurimum facit: Robur semper repugnat. Nam in cruditate ea pars maximè afficitur, qua maximè debilis est. Quare cruditati necessario nullum symptoma succedit.



DOCTISSIMO IV=

VENI IOHANNI
BOKELIO.

Vulnera sanauit Pæon generosa Deo-
rum,
Inde putabatur factus & ipse Deus,
Quodq; Philocteten Chiron curauit, in astris
Seruat nocturnas aureus excubias.
Ad Troiam proprios quoque misit Apollo ne-
potes,
Queis licuit magnis regibus esse pares.
Compositiq; ducum tumulo sub mœnibus altis
Perpetuam laudem posteritatis habent.

Tu



Tu quoq; Bokeli qui discis Apollinis artem,
Perge modo, magno sic eris in precio.
Sic tua te virtus cinget non flore caduco,
Sed duraturis perpetuò folijs.

David Stampelius Hamb. F.

E I D E M.

Nuper ut Helmæa vidit te in valle meren-
tem
Phœbus, DVNCANO, sub duce,
FANE, suo:

Ingenij ecce tui tacitus, Genijque vigorem
Suspicit, etatis germinaq; alta tua.
Tantus, ait, cum sis primano hoc flore iuventa;
Olim, tam claro sub Duce, quantus eris?
Fata addant annos, viresque hoc pectore dignas,
Sic patria gratus, sic patre dignus eris.
Tandem, quam patri imposui cum laude, coronam
Crinibus imponam magno in honore tuis.
Fœlix, DVNCANVS, cum sit dux, fautor A-
POLLO, tibi! nonne hæc alea iacta placet?

Georgius Cocius Flensb. Holf.
F.

hanc scripturam publicam, que...

nomine...

99 A 6903

(No. 24
nicht)

(25 Handschrift)

(9)

(No. Aufgezeichnet)

ULB Halle 3
002 636 220



VD17

TA-OL



ante...
 erit affixis...
 O per...
 quid...
 Panigelos...

non facit ubi forma ubi p...
 ubi existimant publico cogno...
 ubi facti ubi homo ubi facti ubi loc...
 ubi facti ubi natura...
 in... modo...
 dicatur et videtur...
 inquit iohanne & alligant po...
 cum in...
 in...
 carcer...
 in...
 in...
 in...
 in...
 in...
 in...
 in...





B.I.G.

Farbkarte #13

//.

tationum
LOGICARVM
TAVA.

YSIS SYM=
VM NATV-
M FACVL-
ATVM.

Quam

F. N.

præsidio

TO. DOCTISSIMI
LIDDELI, PHILOSO-
Doctoris & superiorum
in Academia IV.

professoris
ablici,

bitur 15. calenda. Apr.
coq, consuetis.

OKELIVS iunior H.



AESTADII
des Iacobi Lucij, Anno
. XCVIII.

